BEDA VENERABILIS
12. Jh. Seite 8r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26004
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Mare idcirco dicunt salsum permanere Cur sit amaru. xli.
tot fluminibus ac pluuiis irrigatum. quod exhausto a sole dulci tenuique liquore
quem facillime trahit uis ignea. omnis asperior crassiorque linquatur. idoque
summa equorum aqua dulciorem esse profunda. sed indulcibus aquis lune alimen
tum esse sicut solis in mari. De rubro mari. xlii.
Mare rubrum nomen aroseo colore trahit. quod tamen non naturaliter habet.
sed uicinis litoribus quod sanguineo colore rubent inficitur. Idoque inde nimium
et alii colores epicturarum rubreque gemme leguntur. scinditur in duos sinus.
quorum persicus aquilonem arabicus petit occidentem. quod c. xv. predistat
ab egiptio mari. xliii.
Nilo flumine quod inter ortum solis et astrum enascitur, propluuiis utitur
egyptus, propter solis calorem imbres et nubila respuens. Mense enim
maio dum ostia eius quibus in mare influit. Zephyro flante undis e
iectis. harenarum cumulo prestruuntur. paulatim intumescens. ac retro
propulsus. plana irrigans egypti. uento autem cessante. ruptisque ha
renarum cumulis suo redditur aluo. Aquas terra necti. xliiii.
Aqua creator orbem medio ambitu precinxit. quod ex omni parte in
centrum terre uergeret. et in interiora nitens decidere non pos
set. ut cum terra arida et sicca constare per se ac sine humore ne
quiret. nec rursus stare aque nisi sustinente terra mutuo im
plexu iungerentur ac sinus pandente. illa uero permeante totam intra
extra. supra. infra. uenis ut uinculis discurrentibus atque etiam in sum
mis iugis erumpente. Terre positio. xlv.
Terra fundata est super stabilitatem suam. abyssus sicut pallium
amictus eius. Sicut enim ignium sedes non est nisi in ignibus. aquarum
nisi in aquis. spiritus nisi in spiritu. sic terre arescentibus cunctis nisi in se
locus non est. Natura cohibente et quo cadat negante quod in centro
uel cardine mundi sita. humillimum in creaturis ac medium
tanquam grauissima locum tenet. Cum aqua. aer. ignis. ut leuitate
nature ita et situ se ad altiora preueniant. Terram globo simile. xlvi.